

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Elemosina ay
cum fonte primo

Nimis est quod sapit Deo pauperis cibus

in regno caeli coram omnibus angelis
in conuentu resurgencium.

Quod Abel passus sit,
quod mundum seruauit Noe,
quod Abraham fidem incepit,
quod Moyses legem tulit,
quod Petrus crucem resupinus ascendit,
Deus tacet, et clamat solum
quod comedit pauper.

Petrus Rauennas sermone XIII.

Nimis est quid sapit deo pauperis cibus:
qui totius creaturae bona non esurit,
saginaturn se in esca pauperis prophetizat
in regno caeli coram omnibus angelis,
in conuentu resurgentium.
Quod Abel passus sit,
quod seruauit mundum Noe,
quod Abraham fidem cepit,
quod Moyses legem tulit,
quod Petrus crucem resupinus ascendit,
deus tacet, et hoc clamat solum:
quod comedit pauper.

Petrus Chrysologus, *Collectio sermonum*,
14.4 (CCSL 24, A. Olivari ed., pp.89-90,
ll.45-52).